

**PLORANTIS CROATIAE  
SAECULUM PRIMUM.**

Di<sup>13</sup>, quibus est hominum rerumque suprema potestas,  
Et nihil occultum: quorum solo omnia nutu  
Principium et finem capiunt; sine numine vestro  
Nec spirat mortalis homo; quo crimine laesos  
Infelix tantas Hörvathia movit in iras, 5  
Quod nec Bellorum nec Pacis tempore digna  
Solamen sentire fuit? Date (quaeso) benigni  
Postremos saltem posse enumerare dolores,  
Quos lacrymae lenire solent; toleratius inde  
AErumnas ventura suas ut perferat aetas: 10  
Aut forsan vestro felicior illa favore,  
Quanto maiorum fuerit servata labore?  
Prospiciat sic docta. Iuvat meminisse malorum.

Non revoco lacrymas, quibus olim saepius auxi:  
Danubium, Dravum, Savum, Kuppan atque Naronem 15  
Dum me Romanus peteret dum Sarmata, tecta  
Comburens flammis, et campos caedibus opplens:  
Exitio vicina meo; contenta recentes  
Fatorum plorare vices: postrema duorum  
Saeclorum<sup>14</sup> memoranda gemam mea vulnera: lenit 20  
Longa aetas veterem, praesens dolor acrius urit.

Postquam nostra iugo captivum Boſnia Turco  
Submisit collum, Regum damnata suorum  
Seditione magis quam Thraci marte coacta,  
In me Oriens ruit omne malum, quo tristior olim 25  
Vix fuit Illyricis gelidus Septentrio regnis:  
Perpetuo Thrax namque iugo crudelis, avarus,  
Subdita colla premit: tantoque superbior ausu  
Inflatur tumido, quanto vel blandior illi

---

<sup>13</sup> Di : Dij

<sup>14</sup> Saeclorum : Sæclorum

*PRVO STOLJEĆE  
UPLAKANE HRVATSKE*

Bozi, čijoj su vlasti podložni ljudi i stvâri,  
Ništa skrivéno vam nije i sâmo na zapovijed vašu  
Ima početak i konac; bez vâšega miga božanskôg  
Ne može disati smrtnik; koji vas uvrijedi zločin,  
Nesretna Hrvatska čime li srdžbu izazvâ vašu 5  
Da joj ne date čutjeti niti u râtu ni míru  
Dostojnu utjehu neku? Dajte, dobrostivi, (molim)  
Barem da izbroji ona jade što zadnji ju snađu.  
Tako će blažiti suze da bi strpljivije potom  
Ona izdržati znala nevolje budućeg doba. 10  
Il' bi zbog sklonosti vaše sretnijom postati mogla  
Kad ju tolîkîm trudom nekoć spasiše predi?  
Znajuć sve, neka se nada. Korisno sjećat se zala.  
Neću se spominjat suza kojima punila nekoć  
Često sam Dravu i Savu, Neretvu, Dunav i Kûpu 15  
Dok su mi Rimljani prijetili, potom Sarmáti pak ognjem  
Palili kuće, a pôlja punili mrtvima: blizu  
Kraj mi bijâše. Dosta će meni biti da tûžim  
Obrate usuda skore, oplakujem rane što primih  
Zadnja dva stoljeća, koje pamtitи valja, a stârē 20  
Boli blažit će vrijeme nove dok oštريje peku.  
Pošto naša Bosna pod jaram potpade turski  
Kao uznica jer joj presudi nesloga njenih  
Kraljeva više negoli tračka vojnička sila,  
Istok svaljuje na me nevolje: od njih je jedva 25  
Nekoć tegotniji Sjever za ilirske bivao zemlje.  
Divlji i ökrûtan Tračanin vječnom podvrgava jarmu  
Pognute glave: tolîkô se više nadimlje ohol  
Poradi uspjeha svojih zavodljivije što mu

	Arridet fortuna, magis vel supplicat hostis:	30
	Ne quounque modo sese neget esse tyrannum.	
	Primam Threicci <sup>15</sup> Belli vim Jajcia sensit:	
	Sic ab ovi formam tumulo referente vocata,	
	In quo structa iacet: varias experta Gradivi	
	Saepe vices: ut quae patriis est ianua campis	35
	Ad montes Uforae et Pini: queis Boffna reclusa	
	Tvyrtkoni primum regales fecit honores.	
	Hoc etenim castrum cum Thrax mihi fortis ademit	
	Scabrosum scopulis Valdanum liber adivit,	
	Et Savum ac Colapim sinuosos. Corbaviamque,	40
	Antiquis claram Corybantum nomine, vastat,	
	Quae tribuit nostrae de se cognomina genti.	
	Iapidiam antiquam crebro populatur: ut Unnam,	
	Valdanum priscis, Savanosque et Colapinos	
	Saepius infestus vexavit. Tristius at tunc	45
	Quando Derençinus praedam erupturus in agris	
	Corbaviae infelix pugnat cum Jakupe Turco,	
	Et flore amissio totius nobilitatis	
	Captivum sese victori praebuit hosti.	
<i>Anno Christi 1501.</i>	Spem non exiguum prima mihi fronte spopondit	50
	Sedenum saeculum Christi nascentis ab ortu	
	Quod pia connumero; Vladislavi namque regentis	
	Pannonias, contra Venetos quas moverat, iras	
	Praesul Alexander sancte placavit, et arma	
	Threicum <sup>16</sup> versus impendere suaserat hostem,	55
	Praeside Corvino, nostro Prorege, Ioanne,	
	Matthiae Regis nato: belloque parabat	
	Subsidium Praesul, Venetosque ligarat ad illud	
	Duplo praestandum maius. Iamque arma parabam	
	Exitio Turcis. Sed sors inversa meorum	60
	Frustravit pia vota Ducum, pia vota iuventae;	
	Defuerat bello condicta pecunia nervus.	

---

<sup>15</sup> Threicci : Threicci

<sup>16</sup> Threicum : Threicium

Ili smiješi se sreća, il' molitvom slavi ju dušman: Ali ničime ne može pòreći svoje tiránstvo.	30
Silu tračkoga rata najprije osjeti Jajce, Nazvano tako zbog brijèga oblikom jajetu nalik, Gdje je dignuto, često iskusi obrate razne Marsove čudi jer vratnice čini očinskih polja	35
Prema Borovu gorju i Usori, Bosnu što štite, Koja je kraljevskim častima prvog obdarila Tvrđka. Kada je Tračanin moćan ovu mi oteo tvrđu, Dobi slobodan prilaz prema hridovitoj Uni,	40
Kao i Savi i Küpi, koje vijugaju, plijeneć Po koribantskòm imenu slavnu Krbavu potom, Koja svoj je naziv daròvala našemu rodu. Često robljaše drevnu japidsku zemlju i Unu,	45
Valdan što predima bješe, te savski i pokupski živalj Stalno napada teško. Još je tužnije bilo Kada na Krbavskom polju, plijen preoteti želeć, Zlosretno bitku zapòdje Derenčin s Jakubom Turkom:	50
Cvijet je svoga plemstva tada izgubio čitav Postavši zarobljeníkom ì sâm dušmana sretnog.	
<i>Godine Kristove 1501.</i>	
Nada na môme licu prvi put nemala zasja Kad od rođenja Kristova šesnaest stoljeća cijelih Blažena zbrojih. Silnu je protiv Mlečana, naime, Vladislav, panonski vladar, vojsku digao tada. Bijes mu Aléksàndar papa sveto miriti kuša Savjet mu dajuć da neka na Tračane uperi koplja.	55
Vojsci na čelu bijaše potkralj Ivan naš Korvin, Pòtomak Matije kralja: njemu je poslao pomoć Papa, koji je k tomu s Mletcima sklopio savez Dvostruk zadobivši uspjeh. Tada sam oružje sama Digla da uništim Turke. Ali nesretna sudba	60
Jalovim učini molitve vođa i mlàdosti moje, Novca nè bješe dosta, što oslabi ratnički polet.	

- Sic etiam Reges falluntur? Et odia passim  
 Evertunt privata bonum commune? Quod ipsum  
 In tacitas (video, Coeli!) vos provocat iras. 65
1502. Contremuit tellus, ac si ventura videret  
 Fata meis nocitura bonis. Quo nempe tremore  
 Multa suas fuerant domicilia passa ruinas;  
 Corruit et divi turris campanea Marci  
 Slavniae in urbe, vocant quam Graeci nomine Montis; 70  
 Ut nec firma solo videar, nec ab aethere tuta.
1504. Vix pono tristes nuperna strage dolores,  
 Cum mox custodem mihi limitis obsidet arcem  
 Jajciacam Turcus, qua iam fuit ante repulsus.  
 Invasit miseram non vanus terror; ab inde 75  
 Summa mali facilisque via est, metuenda Croatis:  
 Praecipuum captiva petit qua Boissnia passum  
 In mea regna, suo post aggredienda tyranno.  
 Corvinum cum pube mea succurrere Jajci  
 Expedio celerem; Dux hostem aggressus et arci,  
 Decertans pugna prosternit millia quatuor,  
 Caetera profligans Jajcensem liberat urbem:  
 Ast et natorum ceciderunt mille meorum;  
 Dulcis amor patriae, merito praestantior isto  
 Eminet: hac tegimus natos hac sorte parentes. 85
- Vix solvo exequias, et membra exanguia terrae  
 Condo: novas Turcae clades nova damna minantur  
 In mea continuo plus et plus iura volando,  
 Vastantes Pozegae<sup>17</sup> et Vulkovarensia rura;  
 Scilicet unde suis primum deserta colonis  
 Conatu leviore queant post capta tenere. 90
- Hos quoque Corvini virtus profligat et amni  
 Non paucos mergit Savo. Sed pro invida Parca  
 Hoc mihi praesidium de vivis prorsus ademit:  
 Ut post ultro meae serpent sine lege ruinae,  
 Nec me iam praesens defendat acinace Princeps,  
 Quo praesente alacris volat ad certamina miles. 95

---

<sup>17</sup> Pozegae : Poštegac

Tako i kraljevi grijše? I osobne omraze stalno  
Opće zar nište li dobro? Vidim ja jasno, nebesa,  
Što je tόliko silno srdžbu raspirilo vašu!

65

1502. Zemlja se zātrēse, čini se kao da dolazi usud  
Koji satrti kani sva moja dobra. Zbog trešnje  
Razvaline su bijedne postali domovi moji,  
Srušen je čak i zvonik crkve svetoga Marka  
Usred slavenskog grada što nazvan po grīčkōm je brdu. 70  
Ni od něba ni zemlje više ja sigurna nisam.

1504. Jedva odahnuv od bôli ja silne zbog nedavne trešnje,  
Kada mi jajačku opsjedne tvrđu, što granicu čuva,  
Iznova Turčin, premda već òd njē odbijen je bio.  
Bijednu me s razlogom tada nadvlada strava jer otud 75  
Put je nesreći lagan, Hrvatima plašit se valja,  
Uzница Bosna jer odande najbolji otvara prolaz  
Prema kraljevstvu mome, kojim će tirani napast.  
Poslah Korvina hitra da pritrči ū pomōć Jajcu  
S mojom mladeži. Dušmana napada vođa, za tvrđu 80  
Bijući bitku, on obori četiri tisuće ljudi,  
Ostale natjera ū bijēg i spāsī jajačku tvrđu.  
Ako je ondje palo i tisuću dječice moje,  
Slatka je ljubav domaje, ona nadići može  
Svaku plaću: i zato majke pokapaju djecu. 85

Jedva obavih pogreb i ūdove beskrvne zemljom  
Zasuh kad turska kuga iznova zaprijeti meni,  
Stalno sve više i višē moja gazeći prava,  
Turci pljačkaju polja Požege i Vukovára.  
Stoga me potom dakàko napustiše kmetovi moji, 90  
Koji će vratit se lakše kad povratim posjede svoje.  
Mnoge koje Korvínova protjera srčanost, rijeka  
Sava proguta. No, jao, zavidna božica Parka  
Ovu zaštitu moju od živih odvede tada:  
Da bi se potom bez rēda propast širila moja  
Jer me živući vladar sabljom nè brānī više:  
Vojnik je hitao ū bōj dok on je med' živīma bio. 95

- |       |   |     |
|-------|---|-----|
| 1511. | Cyrvivicae mons est, nomen de veribus hausit:<br>Pauca hic pugnabat cum Turcis turba meorum<br>Et fato adverso; nam letho et sanguine multo<br>Nobilitavit humum, despectaque nomina montis<br>Erexit, praebens avibus se et veribus escam.   |     |
| 1512. | Iamque a divitiis arx Blagaj dicta, Georgi<br>Ursini Comitis, cessit captiva tyranno,<br>Ad Sanam a Bano Babonigo condita quondam:<br>Divitiis mala signa meis! Annoque sequenti  | 100 |
| 1513. | Excurrit Turcus Dubicensia rura superbus<br>Et praedas iam victor agit, potitus iisdem,<br>Ni Berislav Prorex hostem invasisset, et ipsum<br>Fudisset ferro, rapidis mersisset et undis;<br>Latronem nam praeda ingens et culpa gravabat.   | 110 |
| 1514. | Rara nimis hinc, saevit hyems tam frigore multa<br>Quam nive (qua tellus bis trino mense sepulta<br>Plurima damna tulit) magna cum strage soluta<br>Iumentorum hominumque penes. Sic durior Aether<br>Saeviit in miseros. Postquam melioribus auris<br>Altior aethereo terram Sol igne foveret,<br>Senonibus nostris infensi plurima Turcae   | 115 |
| 1515. | Damna patrant. Illis Rex succurrebat in aere:<br>Sed Peren, ut Prorex simul et Capitaneus urbis,<br>Deglubit Cives: tanto minus aptus honoris,<br>Quo minus est animi generosi: multa superbo<br>Fortunae desunt bona, desunt omnia avaro.  | 120 |
| 1516. | Post ea Junus-Beg Boſnae Praefectus ad amnem,<br>Cetina qui nobis, Nestum dixere priores,<br>Impositum ruppi castrum Sin nomine, fortis<br>Marte premit, redigens in praedas omnia circum;<br>Donec amans Civis propria cum morte salutem<br>Exemit patriam; profugum simulatus, adivit<br>Barbarum et occidit. Quo facto, instantequa Bano,<br>Ad celerem dat terga fugam gens barbara, fama<br>Territa Proregis Berislavi: cui bene nomen | 125 |

1511. Brdo Crvivica po crvima zadobi ime,  
Tamo se s Turcima malenā mojih borila četa  
S nesretnim ishodom: naime, smrću i premnogom krvlju 100  
Zemlju oplēmenī, nazivu usto pridoniješe gnusnom  
Brda, pticama, crvima pružajuć sebe za jelo.
1512. Blagajska, evo, već tvrđa u vlasti Jurja Ursina,  
Nazvana ona po blagu, uznicom tiranskom pade.  
Ban ju Babonić pokraj Sane podiže nekoć: 105  
Momu bogatstvu bijaše loš ona znamen jer ljeta
1513. Idućeg istrči ohol Turčin na Dubičkō polje,  
Pobjedni plijen već tjera. Robio mnogo bi više  
Da ga ne napadne hrabro Berislav potkralj i oštrīm  
Pōsijeće mačem, a potom u valima potopi brzim: 110  
Golem plijen i krivnja pljačkašu uvijek su teret.
1514. Premda poslije blaga, zima je donijela studen  
Silnu i obilje snijega (kojim je šest čak mjeseci  
Zemlja zasuta bila, nanijevši štete), i zator  
Sijući velik kod ljudi kao i stökē. Još görē 115  
Vjetar je šibao bijedne. Pošto toplijim zrakom  
S neba ugrije višnjeg zemlju Sunčeva baklja,  
Senjanima su našim surovi dušmani Turci
1515. Nanijeli bezbrojne štete. Kralj im pomogne novcem,  
Ali Peren kao gradski kapetan i pōtkrälj 120  
Oguli građane. Bijaje časti nedostojan posve,  
Još ga krasila manje pleménitost duha. Tā malo  
Sreća oholu pruža, a pōhlépnu nè dajē ništa.
1516. Nakon toga Junus-beg, upravitelj Bosne,  
Napadne sinjsku tvrđu, što smještena bješe na hridi 125  
Pored Cetine rijeke za nāše, a Nesta za pređe.  
Sve je iz ökólnog kraja tjerao mačem u rōblje  
Sve dok građani sami ne otkupe vlastitom smrću  
Spas domòvinē. Hineć da bježe, na bārbare oni  
Nasrnu te ih posijeku. Ban je stigao potom, 130  
Barbarsko pleme u strahu bježati stade zbog glâsa  
Berislava potkralja, kojemu nadjenu ime

- Gloria lecta dedit: quoscunque is ceperat<sup>18</sup>, omnes  
Infixos palis avibus porrexit in escam;  
Taliter exolvit poenas temerarius hostis. 135
- Ast hoc ipso anno Vladislavi tristia Regis  
Funera deploro; longa dignissimus ille  
Vita erat et fato meliore; sed impia Parca  
Non parcit, cum tempus adest fatale, vel ulli:  
Subditus et Princeps naturae debita solvit. 140
1519. Knin Arx insignis (Tinimum dixere Latini)  
In ripa Titii, quo vulgo Kyrka vocatur,  
Condita magnifice, Nelepetis, regia dīnde  
Arte locique situ validissima, subdidit hosti  
Captivum miseranda caput: nec Banus adesse 145  
Tutandae poterat; fato namque ipse sinistro  
Per Plisias alpes hostes venatus, in horum  
Labitur insidias, sine milite, tum sine et armis:  
Ut sceptro tantum Prorex et presbyter usus  
Exitit; egregie hoc sese defendit in hostes: 150  
Sed plures unum facile excussere secures  
Sceptrum: Proregem solum plebs multa peremuit,  
Krusicij Petri fraude has inductus ad aras  
Occubuit; Petrum magno corruperat aere  
Strigonii Praesul Thomas, homo avarus, honoris 155  
Virtutisque osor tanti Proregis iniquus.  
Occidit insignis Miles, divusque Sacerdos,  
Illyrici Prorex, Wesprimi Praesul, et ipse  
Thesauro Regis Praefectus, magnus in urbe  
Inque ora Senonum, Jajicensique arce Strategus, 160  
Tam merito Berislav, quam nomine stirpis, habendus:  
Nunc martyr viridem gestit super aethera palmam.  
Infelix Jesenica locum sola invenit hosti,  
In quo vir tantus vinci atque occumbere posset.
1521. Ostrovicae fatum iam nunc approximat arci, 165  
Quam Rex Bela olim Scythicis compulsus ab armis

---

<sup>18</sup> ceperat : cooperat

- Slava koju pobire. Zarobljenika svog svakog  
Nabio on je na kolac i pticama dao za jelo.  
Takvu pretjpe kaznu svaki lakotman dušman. 135
- Iste godine oplakah Vladislava ja kralja  
Tužan ispraćaj. On je dostojan bio nadasve  
Duga života i sudbe još bolje, no bezbožna Parka,  
Smrtna kad mu se približi ura, nikog ne štedi:  
Vladar i podanik svaki dugove prirodi plaća. 140
1519. Krasna tvrđava kninska (Tinin to kažu Latini),  
Koja na obali Ticija, pučki što Krka se zove,  
Sjajno je dignuta, prvo nelipska, kraljevska potom,  
Smještajem i umijećem štićena, pognula bješe  
Glavu pred dušmanom jadna. Ban ju mogao nije 145  
Spasiti. Dušmane loveć po pljescičkome gorju,  
Zlosretnim usudom on je u ruke njihove pao,  
Bez vojnika u pratinji bješe i oružja lišen.  
Biskup i pøtkrälj pri ruci samo je imao žezlo,  
Jedino njime se branio protiv dušmana hrabro. 150
- Ali jedno su žezlo sjekire posjekle mnoge  
Lako. Potkralja samog usmrti gomila silna.  
Prijevarom Petra Kružića pade namamljen na taj  
Žrtvenik. Petra je, naime, mnogim potkupio novcem  
Biskup ostrògonski Toma, pohlepan čovjek i zao, 155  
Koji je pøtkrälja mrzio zbog vrlinā i časti.  
Pao je vojnik glasovit, pao je svetnik sveti,  
Ilirski potkralj i biskup Vesprima, kraljevski ust  
Rizničar, do njega mnogo u gradu držahu Senju  
Kao i obali cijeloj, bio na čelu je Jajca. 160
- Berislav bješe po zasluzi kao i nazivu roda:  
Sada na nebu nosi ko mučenik zelenu palmu.  
Jadna Jesenica dušmanu mjesto je otkrila sama  
Gdje bi tolki junak poražen mogao pasti.
1521. Tvrđi sad Østrovici bliži se sudba već kleta,  
Koju nekoć Bela, progonjen oružjem skitskim, 165

- Condidit in tumulo Licae telluris acuto,  
Hinc nomen nactam; Turcis captiva gemiscit,  
Nec iam colle suo, nec iam factore superba:  
Ut nihil est firmum, quo Mundi gloria pendet. 170
- Sic Orlovčicii Peć arx in rupe cavata,  
A qua nomen amat, Turca vi fraudeque capta,  
Imperium atque fidem mutat. Comburitur infra  
Modrussam vicus, templi splendore decorus,  
Huic Ostariae nomen, quod scilicet olim 175  
Hospitium fuit hic Savana potentibus arva  
Littore ab Adriaco. Circum montana latroni  
Commoditate favent loca, sylvarumque recessus.
- Haec ego dum specto lacrymis super ora profusis,  
Nobilis arx atque urbs prae multis maxima, Savi 180  
Fluminis in ripa situata, ubi iungitur ipse  
Danubio: sed ne maiori, nobiliore  
Parte prior cedat, mutarunt nomina in Istrum:  
Belgrad ea est, Latii dicunt communiter Albam,  
Impropri Graecam: Taurunum dicta vetustis, 185  
In vanum<sup>19</sup> tentata prius, multoque redempta  
Sanguine Turcorum: nunc ipsis praeda cruenta  
Sed locuples (quia Pannioniam reseravit utramque)  
Quam male defendit praeses, cognomine Turcus.
- Tantae urbis casu loca Savo proxima circum 190  
Sultanus capit; ut Kopnik, Barićque, Sabacque:  
Mitrovicamque, satis celebratam antiquitus urbem  
Nomine sub Sirmi, per quam Provincia tota  
Sic vocitata fuit, Romanis nota. Deinde  
Iuxta Danubium Zemun, Kemenićque, Petramque 195  
Salsam (praetereo pagos et castra minoris  
Nominis) ac totum flamma ferroque Ducatum  
Defoedat<sup>20</sup>. Sirmî quae faecundissima tellus,  
Quas patitur plagas! Hinc magna parte iugavit

---

<sup>19</sup> In vanum : Invanum

<sup>20</sup> Defoedat : Defędat

Diže na lîčkôj zemlji na jednom oštrome humku:  
Otkuda dobi ime. Stenje ko uznica turska,  
Više ohola nije zbog važnosti svoje ni mjesta:  
Ništa sigurno nije što uzda u slâvu se svijeta.

170

Orlovčićeva tvrđa Peć, izdubèena u stijeni,  
Odakle uživa ime, turskom oteta varkom  
Promijeni vlast i vjëru. Podno Modruša selo,  
Što se Oštarije zove, posve spaljeno bješe.  
Krasno resi ga svetište, bilo je nekoć gostinjac  
Onima koji su hitali prema savskome kraju  
S jadranskih obala. Naime, okolna planinska mjesto  
Vrlo pljačkašima gode, kao i zakloni šumski.

175

Dok sam promatrala ovo suzama topeći lice,  
Utvrdala poznata, grad što ponad mnogih se diči,  
Koji na ðbali leži Save gdje ona se spaja  
S Dunavom, da se zbog vèćeg i uglèdnijeg dijela  
Manji izgubio ne bi, promijene ime u Istar:  
To je Beograd, koji Latini neprikladno zovu  
Grčka Alba, dok stari su njega nazivali Taurun –  
Prijašnji napadi turski zaludni bjehu i mnògòm  
Krvlju ih platiše oni – sada pak postade plijenom  
Krvavim, ali vrijednim (tå vrata Panoniјā čini),  
Jer ga je branio loše podban po imenu Turčin.

185

Nakon udesa grada mjesto okolo Save  
Sva je zapremio sultan: Kopnik, Barić i Šabac,  
Mitrovicu, što nekoć glasovitim bijâše gradom,  
Imenom Sirmij, po kojem su nekoć provinciji cijeloj  
Naziv Rimljani dali. Potom na dunavskom žalu  
Zemun, i Kamènicu, pa i Slankamen s njima  
(Da ne spominjem manje poznata mesta i tvrđe),  
Čitavo ovo vojvodstvo on je nagrdio silno  
Ognjem i mačem. O, kakav ti, srijemska najplodnija zemljo,  
Podnosiš zator! A pôšto podloži najveći dio

190

195

- Pannonios, sorte meae postrema minatur, 200  
Impius Eois praedo qui nuper ab oris  
Prodiit, Occiduas extendens brachia in oras,  
Nulla caede satur, nimiumque superbus, avarus.
1522. Krupa quoque Auranae prius arx subiecta Priori,  
Postea Zriniacis, Unnae super amne locata 205  
Fortiter impetitur, sed frustra, hostilibus armis:  
Quam mea defendit contempta morte iuventus.  
At Scardona cadit, celebri sat nomine clara,  
Urbs vetus ad Titii flumen situata, Liburnis  
Chara olim sedes, Turco fit subdita iuri. 210  
Hinc ferus, innectis Kl'issana suburbia flammis  
Funestat; quicquid non aufert, omnia delet  
Ferro ac igne ferus; gaudet nocuisse tyrannus.
1524. Non saturata locis tot Turca superbiam captis,  
Protinus in longinqua manus extendit avaras: 215  
Iamque per Ozlensem, mox<sup>21</sup> Jastrebarfumque per agrum  
Ingentes abigit praedas. Krupamque novatis  
Viribus aggreditur: frustra tamen usque laborat,  
Atque utinam semper! Venient sua fata sed eheu  
Et Krupae! Miserumque statum plorabit et ipsa. 220
1525. Alta iterum Jajces mihi et urbis, moenia et arcis  
Boſſnius ac Hl'ivnae Praefecti, viribus aucti  
Innumeris, telis quatium gravioribus: ut iam  
Proxima caesurae<sup>22</sup> metuebam fata, relata  
Fama mihi obsessae quando fuit: illico fortem 225  
Christophorum Comitem Modrussae mitto; iuvamen  
Obsessae ferat. Ille celer succurrit egenti,  
Continuoque tribus non dempta nocte, diebus  
Confligens, tandem superis melioribus, ausu  
Non numero (hoc longe maior namque extitit hostis) 230  
Debellat Turcum, Jajcemque eliberat; unde  
Defensor Patriae pro laude a Rege vocatus,  
Namque salus Patriae de Jajce summa peperdit.

---

<sup>21</sup> Ozlensem, mox : Ozlensem (Ritter)

<sup>22</sup> caesurae : casurae

- Panonske zemlje, tada zaprijeti usudu momu 200  
Bezbožni lupež što nedavno prodre s istočnih strana,  
Svoje pružajuć ruke prema zapadu stalno.  
Pokolj ga zasitit neće, odveć je ohol i lakkom.
1522. Tvrđu Krupu, što bila je podložna prioru vranskom,  
Poslije Zrinskima, iznad rijeke je smještena Une, 205  
Zalud napada dušman silinom oružja svoga:  
Moja brani ju mladost prezrevši smrtnu opasnost.  
Ali Skradin pade, što slavnim se imenom dići,  
Drevni grad što leži na Křki, sjedište nekoć  
Drago Libùrnima, sada pod türskōm se nalazi vlašću. 210  
Ődāndē divljak sve ništi, užgavši podgrađe Klisa,  
Ono što ne može odnijet, divljački pali i rūši  
Ognjem i mačem. Šteta tirana raduje silno.
1524. Sve što osvoji, oholost tursku zasitit neće,  
Stoga sve dalje i dàljē pruža pohlepne ruke: 215  
Plijen po őzaljskōm i po jāskānskōme već polju  
Ogroman tjera. Snagama novim napada Krupu:  
Kamoli sreće da tako uvijek se uzalud muči!  
Ali i Krüpou, jao, njezin usud će snaći!  
Svoj će položaj bijedni žaliti ona i sama. 220
1525. Opet na visokē kule i zidine mojega Jajca  
Moćne odapinju strijele, bezbrojne združivši snage,  
Begovi Bosne i Livna: i tako sam strepjeti stala  
Da se iznova meni skora približava propast  
Kada o őpsadi toj su počele stizati vijesti. 225  
Poslah onamo ũ pomōć odmah hrabroga Krstu,  
Modruškog kneza. Brzo je jadnima potporu dao  
Tri se dana i nōći bez prèdāha boreći ondje.  
Ne zbog broja vojnika, nego uz pòtporu Višnjih  
(Jer je premoćniji mnogo, naime, dušmanin bio) 230  
Turčina razbi i Jajcu donèsē slobòdu, te stoga  
Braniteljem domaje od kralja prozvan on bješe:  
Ovisi, naime, o Jajcu posve spasénje domaje.

- Eripi Turcis hinc Jajcen, tristis at illinc  
Fama mihi paulo post fertur nuntia casûs 235  
Et cladis, Sirmî qua tellus fertilis arvo  
Et caelo felix, crudeli subdita Thraci  
Evertit nostras aras et templa profanat,  
Ac Mahometano iam vivere dogmate discit.
- Humanis rebus sic heu infirmius est nil, 240  
In queis fortuna et casus quamplurima possunt;  
Semperque in peius miseros fortuna coërcet,  
Cum semel esse mala incepit. Vix Sirmia rura  
Deplanxi et plebem, parva in regione colonam:
1526. En Muhaçinus ager (de muscis nomen adeptus 245  
Omine non fausto) totum proclamat ad orbem  
Infandam caedem populi procerumque suorum,  
Regis et interitum; qui cleri hortamine motus  
Sancitam pacem cum Turco Principe rumpens,  
Disparibus sociis turbatoque ordine adorsus 250  
Certamen fatale fuit; sed sobrius hostis,  
Atque sui parens dictis sine lite strategi,  
Praevaluit victor! Tanto truculentior ausu,  
Quanto supplicior quando pro pace rogabat.
- Pannonii Hyrvatique Duces, primique Dynastae, 255  
Praelati, magnique viri cum milite forti  
Confusi Dacis misere sternuntur in arvis:  
Ut captos inter, gladiisque furore peremptos,  
Millia bis centum numerem: Rexque ipse fugaci  
Praecipitatus equo, limoso Karas in amne, 260  
Cum vita in patriam conceptum extinxit amorem:  
Atque hinc Ungaricis et prima et summa ruina  
Invaluit terris, et pars amissa coronae.  
Quantus ubique timor? Quae consternatio plebis?  
Quae fuga? Qui gemitus? Humana edicere lingua 265  
Non posset, tenuive manus describere penna.  
Dux huius belli, tam rarae cladis et autor,  
Infelix Tomoreus erat, cui mitra Colossûm  
Casside visa minor: Sacra aspernando Deorum,

- Tako sam otela Turcima Jajce, malo pak potom  
Vijesti dò mene stižu tužne o udesu strašnom 235  
Da je srijemska zemlja, bogata poljima plodnim  
Kao i uzduhom blagim, uzница Tračana strašnih,  
Koji bezbožno skvrne oltare i hrámove naše,  
I da već živjeti uči po muhamèdanskōj vjeri.
- Ništa slabije nije, jao, od udesa ljudskog, 240  
Kojem škoditi mogu tolikō i slùčaj i srèća.  
Sreća jàdnike tjera još da görē im bude  
Uvijek kada i sama ona je postala lošom.  
Jedva oplakah Srijem i žitelje malog tog kraja,
1526. Kadli Mohačko polje (što ime po muhamama dobi 245  
Kao nesretni znamen) čitavu objavi svijetu  
Pokolj neizreciv naroda svoga i plemstva,  
Kao i zator kralja, koji na nàgovòr klera  
Razvrgnu mir koji bješe sklopljen s turskim sultanom.  
Saveznici bez slògē i vojničke trupe bez rēda 250  
Presude ovu bitku i dušman trezveniji mnogo,  
Čiji vojskòvođe nalog bez ikakvē slušaju kavge,  
Pobjednik posta! Jezivijim pothvat čini se više  
Kad se poniznije potom prosi za sklapanje mira.
- Vode Hrvata i Úgrā, prvací svi i vladari, 255  
Svećeníci, plemići, kao i hrábrī vojnici  
Zajedno satrti bijedno leže na dâckōme polju:  
Dvjesto tisuća tako izbròjih ja zarobljeníkā  
Kao i smäknütih maćem: kralj pak zbačen je s konja
- Koje je bježao, te u blàtnōj karàšiçkōj rijeci 260  
Izgubi život i ljubav što gojaše prema domaji.  
To je prvi i glavni bio za úgarskē zemlje  
Izvor propasti kao i razlog što izgubi krunu.  
Užas kolik̄ li nasta, kolik̄ smućenost puka,
- Strka kolikā i lélék, ljudski to ne može jezik 265  
Ízreći niti opisati tanašno pero u ruci.  
Glavni vojskòvoda bješe i začetnik poraza silnog,  
Nesretni Tomori, kojem je vojnička kaciga bila  
Draža od kaločke mitre: svetinje preziruć Božje,

- Arrogat imperium fera mens super arma Gradivi, 270  
Et Regi dare iura suo vesana voluptas,  
Postponendo Duces Bellorum sorte peritos,  
Quos ego ab hinc, illinc quos Transylvania misit.  
Sic male bella gerit, cui rerum cura sacrarum  
Et vitae innocuae tenor est servandus: inique, 275  
Hosti etiam desponsa, fides violatur: et hostem  
Non spernat causae propriae fiducia. Finem  
Incertum bello et liti fortuna reservat.  
Tantorum monachus fuit unus causa malorum!
1527. Inter funestos, pro successore Coronae, 280  
Quos persaepe ciente improlis funera Regis  
Votaque Magnatum vidui discordia Regni,  
Motus, Corbaviae princeps arx Udvina maestam  
Incidit in sortem; collo depressa superbo  
Triste iugum imposuit: Torquato absente patrono, 285  
Karlovic a patro qui nostris nomine dictus.  
Tunc et Likenses coepit<sup>23</sup> percurrere campos  
Turcus eques, delens pagos atque oppida flammis:  
Nec posita in tumulis castella tuentur apricis,  
Apta situ, sed pressa siti: licet arva salubres 290  
Excipiunt amnes: et toti nomina terrae  
Flumen Lika dedit, Latiis medicina salubris.  
Caedibus et flammis serpit Thrax impius, omnem  
Informem mihi reddit humum, vacuamque colonis,  
Quam pree mille aliis natura fovebat amoena<sup>24</sup>, 295  
Ditis et indigenae fecit cultura superbam.
1528. Tandem etiam Jajce castrum prae nobile victum  
Captivas in iura manus hostilia praebet:  
Et quotquot pagi, castellaque et oppida circum  
Jajcensi suberant iuri, nunc Turcus iisdem 300  
Iura dat et legem ponit, mea pignora caedit<sup>25</sup>

---

<sup>23</sup> coepit : caepit

<sup>24</sup> amoena : amēna

<sup>25</sup> caedit : coedit

- Prisvoji vlast taj silnik nad Mărsovīm oružjem drsko, 270  
Bezumna njegova žudnja čak naloge davaše kralju,  
Prezrevši vođe što imahu mnogo ratnog iskustva,  
Koje ja ődāvdē poslah i Transilvānija usto.  
Loše ratove vodi onaj tko ima na br̄zi  
Svetinje Božje i život bez poroka: bezbožno posve 275  
Pogazi zadanu vjeru dušmanu, kojega neće  
Vjera u vlastite snage napustiti. Sūdbina stoga  
Ishod što siguran nije, ratu i svađama spremá.  
Jedan redovnik bijaše uzrokom zala tolíkīh!
1527. Tijekom pogubnih borbi za nōvōg sljednika krune, 280  
Koje izaziva često umrće kralja bez djece,  
Nesložne težnje velmoža obudovjelē zemlje,  
Krbavsku utvrdu glavnu Udbinu sūdbina snađe  
Pretužna: ponosnu glavu pognu i žālosnī jaram  
Prihvati: Torkvata nema, koji ju štititi može,  
Kojega Karlović zovu očinskim imenom naši. 285  
Tada kònjanik turski stade po lîčkōme polju  
Jahati, ruši i pâli ognjem mjesta i sela:  
Zamci ih nè brânē više na prisojnom smješteni brijegu,  
Kojih je položaj dobar, ali mori ih žeda.  
Zato ljekovitu rijeku gutaju polja i zëmlji 290  
Cijeloj ime dâ Lika, lijek Latínima zdravi.  
Bezbožni Tračanin posvud širi zator i plâmēn,  
Zemlja već obličja nema, kao ni svojih seljaka,  
Premda ju priroda resi povrh tisuću drugih,  
Blago i őbrada njenih žitelja ponosnom čine. 295
1528. Tad i plemènita tvrđa jajačka poraz dožívje,  
Dušmanskoj vlasti svoje ruke uzničke pruža.  
Okolnim selima, svakim zamkom i ūtvrdōm svakom  
Koјi su podložni Jajcu, sada upravlja Turčin  
Te im zakone kroji, mačem dok dječicu moju 300

- Ense ferus. Pro quae regno fit plaga Croato!  
Quicquid Porisius (nunc Vyrbas),<sup>26</sup> Savus et Unna<sup>27</sup>  
Terrarum capiunt, villis pagisque satarum,  
Pingue solum, a propriis desertum pene colonis      305  
Nunc ursos alit atque lupos, vel utraque ferarum  
Efferiorem hostem; toto iam rara supersunt  
Telluris spatio castella et castra, locorum  
Fors defensa situ, quae nondum possidet hostis,  
Sed potitus adhuc: Divorum templa crematis      310  
Tectis atque aris, sine mysta, flebile visu!  
Ruderibus nisi nota rigent: cecidere Paroeci  
